¶ Stulte tu agrum ſtulte ego vrbem cauſamur. qꝛ non locus nobis nocet: ſed animus. i. animi cupiditas. Itē cauſari aliqn̄ eſt cauſam ꝛ excuſationē pferre. aliqn̄ vero eſt cauſas afferendo accuſare. vt hic. Qui incerto animo vagatur vitia animi laudat aut vitupat alia tranſ ferendo ꝓpriū errorem in aliena vitia aliarum rerum.

Cena breuis iuuat & prope riuum ſomnus in herba — Hora.
Nec luſiſſe pudet: ſed non incidere ludum
Sperne voluptates. nocet empta dolore uoluptas.

¶ Voluptatibꝫ vtendū etſi tpate. Nō em̄ eſt turpe ludere: ſꝫ turpe ē non incidere ludū. i. ita in ludo occupari vt nō agat vt res poſtulat. Itē Cena veſpe. ientaculū mane: prandiū in meridie fit. Et dr̄ cena a canon qḋ ē vmbra: qꝛ ſero fit. Itē cenaticus ad cenā ptinens. vn̄ Plautꝰ. In captiuis ē illa vnica ſpes cenatica. Itē ſcena p ſc. domꝰ pua vbi dū in publico ſpectaculo ludit ſe pſone occultāt ꝛ ad ludū ſe aptificāt. Añ cenā ſtꝫ comeſtiōes poſtprādiales. obſoniū poſt cenā qḋ bancetū vulgi ſermone appellamus

qui timet non eſt liber.
Qui metuens uiuit liber mihi non erit vnq̄ — Hora.
libertatis
Perdidit arma locum uirtutis deſeruit qui
ſubſtantia rerum ſuarum
Semper in augenda feſtinat & obruitur re
Vendere cum poſſis captiuum occidere noli.

¶ Qui aūt in metu ē is liber nō eſt. pdidit arma. tranſlatio a militia. Nā militi ignominioſiſſimū erat ſi aut locū in acie deſeruiſſet; aut ſibi viuenti arma ab hoſte fuiſſent capta. Qui metuit aut cupit pdidit arma libertatis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 184 [14,-475 4°]

In hoc tā bñ facit auarus cū captiuū occidere poſſet auaricia motus ven
dit. cū eñ rõne recta meli⁹ ē vēdere captiuū q̄ʒ occidere. Seruit⁹ de iure gē
tiū admiſſa eſt qua hoſtes ſeruati precio venditi ſunt.

prandere vellet.

Hora. Si pranderet olus patienter regibus vti

ille ſequens alexandrum

Nollet ariſtippus. ſi ſciret regibus vti

Faſtidiret olus qui me notat.

¶ Cū Diogenē lauantē olera inueniſſet Ariſtippus atq̄ʒ illi dixiſſet ſi ſci
ret regib⁹ obſequi nō eſſent ei lauanda olera. Rñdit. tibi non eſſet obſeruā
dū regib⁹ ſi eſſes olerib⁹ cōtentus. Item olus ab alendo dictū eſt: eo q̄ ho
mines ꝓmū olerib⁹ alerent̄ anteq̄ʒ fruges ⁊ carnes ederent. Tantū eñ po
mis arboꝝ ⁊ olerib⁹ alebantur ſicut animalia herbis

Hora. Arcanum neq̄ʒ tu ſcrutaberis illius vnq̄

Commiſſumq̄ʒ teges & uino tortus & ira

Nec tua laudabis ſtudia aut aliena reprehendes

Nec cum venari uolet ille poemata panges.

¶ Nemo quantūcūq̄ʒ vino vel ira cōmotus ſecreta ſibi commiſſa reuela
re debet nec ꝓpria negocia laudabit. aut alioꝝ vitio dabit negocia. nec ve
natori poemata dicas. ſʒ vnicuiq̄ʒ ſua placentia dices. Item Studiuʒ eſt
vehemens animi applicatio ad negociū aliquod ꝑagendum. Et ideo ſtu
dere datiuo iungit̄. vt ſtudeo grammatice. logice ⁊c̄.

Hora. Res gerere & captos oſtendere ciuibus hoſtes

res ardua eſt

Attingit ſolium iouis. & celeſtia tentat

Principibus placuiſſe viris non ultima laus eſt

non omnibus omnia licent

Non cuiuis hominum contingit adire corinthum

¶ Rē publicā adminiſtrare ⁊ hoſtes fugare res magna eſt. ſʒ nō minima
ita ꝓncipib⁹ obſeq̄ vt eis placeas. Nō omib⁹ ꝯtingit adire corinthū. i. te
nere ꝓmas ptes. ⁊ ē ꝓuerbiū grecū ꝓpter nobilitatē vrbis ⁊ Laidis mere
tricis. Itē morē gerere dicim⁹ ornate p complacere atq̄ʒ obſequi. Iñ mori
ger a um. ſed moroſus a um. a mora qđ difficile ſignificat.

ſtatim tu ꝑcipis

Hora. Ad te poſt paulo uentura pericula ſentis

Nam tua res agitur paries cum proximus ardet

extingui

Et neglecta ſolent incendia ſumere uires

¶ Si ſuccurrat̄ incēdio vicinio qđ nox ſit ad te tranſiturū ſic tuā rē agis
cū innocentis calūniā ꝓpulſas q̄ paulo poſt ad te ꝓuenire poſſit. Itē ami
cis ⁊ ꝓennis ſuccurrendū eſt. qꝛ non eſt ſolū nobis q̄ nati ſum⁹. ſed ortus
noſtri ptē vendicāt amici. ptē patria. Paries nūcupatus. qꝛ ſemper duo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 184 [14,-475 4°]

ſunt pares vel in fronte vel in latere. aliter ſtructura diſſormis eſt.
cõmendare debes circumſpice
Qualem cõmendes etiam atq; etiam aſpice ne mox Hora.
inducant pudorem in te.
Incutiant aliena tibi peccata pudorem
Fallimur & quendam non dignum tradimus ergo
non defendas culpabilem
Quem ſua culpa premet deceptus omitte tueri

¶ Nõ debet q̃s faciliter quem cõmendare aut vituꝑare ne male cognoſcens in oppoſitam ꝑtem trahere conet̃. Item ibi Decept⁹. Quia credidiſti bonũ: ergo cũ non eſt ne ꝑſeueres in laudando. econtra vero ſerua ⁊ defende eum quem penitus bonum noſti ſi mordetur.

Oderunt hilarem triſtes: triſtemq; iocoſi Horaꝰ
Sedatum celeres agilem gnauumq; remiſſi
illius vini
Potores bibuli media de nocte falerni
Oderunt porrecta negantem pocula

¶ Optimũ eſt p̄ceptũ in amicitijs ſeruandis vt nõ ex adulatiõe: ſed ex morũ facilitate ꝯuertamus ingeniũ noſtrũ ad amici ingeniũ. Dicim⁹ odio is iui itum. ⁊ odi v̄bũ defectiuũ in eodẽ ſenſu. qđ ꝑcationẽ p̄ntis ⁊ preteriti habet. Vñ odi facit ſupinum oſum. Inde venit oſor. i. oditor. vñ Plautus. Scito illũ oſorẽ vxoris ſue. Iñ exoſus ⁊ poſus ꝑfecte odiens.

qui cupit ſemꝑ pauper ⁊ inops eſt.
Nec te ſemper inops agitet uexetq; cupido Hora.
Non pauor & rerum mediocriter utilium ſpes
Virtutem doctrina paret naturave donat.

¶ Pauor qui ẽ de imminenti malo. ſpes q̃ eſt de futuro bono mediocriter vtili. ſunt eñ non neceſſarie diuitie. Natura dat initium virtutis quaꝫ doctrina excolit atq; ꝑficit. Natura primũ doctrina. ſed excolit imũ qua libidines refrenande ſunt.

doluerũt meritis equalem eſſe
Plorauere ſuis non reſpondere fauorem Hora.
Speratum meritis: dicam qui contudit hydram
monſtra
Notaq; fatali portenta labore ſubegit

¶ Dolẽt hoïes cũ ſuis meritis ſperatũ fauorẽ nõ acq̇rũt q̇ ꝯtudit diram hydrã nota portenta fatali labore ſubegit vel domuit. Is erat Hercules.

Comperit inuidiam ſupremo fine domari Hora.
quas excellit
Vrit enim fulgore ſuo qui pregrauat artes.
Infra ſe poſitas extinctus amabitur idem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 184 [14,-475 4°]

¶ Ibi ſupmo fine.i.ipſa morte ⁊ nõ antea. Nã ille q̃ pgrauat artes infra ſe poſitas q̃s excellit vrit hoies ad inuidiã. q̃ eñ pgrauat artes infra ſe poſitas viuẽs parit inuidiã. ſʒ mortuus amorẽ ⁊ ꝯmendationẽ ab alijs.

ꝑſumit facere niſi doctꝰ paruum ⁊ humile

Hora. Non audet niſi qui didicit dare quod medicorum eſt
Promittunt medici. tractant fabrilia fabri
quiuis ſm exigentiam ſuam
Scribimus indocti doctiq; poemata paſſim.

¶ Quiuis illa aget q̃rũ expertꝰ ẽ nec alijs ſe intromittet. vt medici egris ꝓmittũt ſanitatẽ. fabri tractãt fabrilia. poete tñ indocti vt docti ſcribũt ꝫ illã quã q̃s nouit artẽ exerceat. Ludere q̃ neſcit cãpeſtribꝫ abſtinet armis

Virgi. Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas
timoris
Atq; metus omneis: & inexorabile fatum
contempſit.
Subiecit pedibus. ſtrepitumq; acherontis auari.

¶ Felices ſunt q̃ tribuunt operã naturali phie ⁊ morali p quã ſcit quis agere ꝟtuoſe: vt agendum ſit vt non habet emere ſupplicia inferni. Item philoſophia eſt regula rationis recte dirigens eam in verum bonũ ne ſenſuali appetitu ſeducatur ad deuia ⁊ errores

Ouid. Si tamen o ſuperi mortalia facta uidetis
vox mea
Eſte mei memores nihil ultra lingua precari
poteſt longo tpe dicant bona de nobis
Suſtinet. & longo facite ut narremur in euo
ſupple bone
Et que dempſiſtis uite date tempora fame

¶ Dũ morte grauati ſumꝰ orandũ eſt. o ſancti celeſtes eſte noſtri memores ⁊ facite vt multis ꝟtutibꝫ veneremur lõgo tpe. Mortalia facta videtis ꝯtra opinionẽ illoꝝ q̃ dixerũt deos nullã curã gerere de hoibꝫ. Itẽ Inter memorẽ ⁊ memoroſum intereſt. qꝛ memoroſus ẽ bone memorie. Memor q̃ meminit bñ fieri memorator. memoramur pauca. cõmemoramur multa. memoria pterita retinet. mẽs futura puidet. cogitatio pñtia ãplectitur.

anxietate magna que reddũt hoies ſollicitos

Sene. Turbine magno ſpes ſollicite
Vrbibus errant trepidiq; metus
Ille ſuperbos regum aditus
non dormiens
Duraſq; fores expers ſomni
que non ordinantur ad beatitudinem
Colit: ac nullo fine beatas
congregat cupiens diuitias.
Componit opes gazis inhians

ſn auro congregato eſt pauper
Et congeſto pauper in auro.

¶ Hic declarat quõ aliqui ſperant diuitias : aliȷ̃ honores nunq̃ꝫ q̃eſcen- tes aut dormientes q̃ꝫuis in auro cõgeſti iaceant. Item aditus ab eundo dictus ꝑ quem egredimur ⁊ admittimur. Item fores value clauſtra ſunt ſed fores dicuntur que foris. value que intus reuoluũtur ⁊ duplices ꝯpli cabileſqꝫ ſunt. ſꝫ generaliter vſus vocabula iſta corrumpit

alius
Hic clamoſi rabioſa fori ... Sene.
ſuas
Iurgia uendens. improbus iras
Et uerba locat. nouit paucos
que facit homines quietos.
Secura quies qui velocis
Memores eui tempora nunq̃
Reditura tenent

¶ Hic loquiꝛ de aduocatis q̇ ſpe pecunie vendũt iurgia ⁊ iras. nunqꝫ q̃e ti ſunt memores tp̄is velociter currentis. Item forũ eſt exercendarũ litiũ locus a fando dictꝰ ſiue a Foroneo rege q̇ primus grecis leges dedit. loca hec Rome roſtra vocanꝛ. Ideo q꜡ ex bello punico captis nauibꝫ Cartha- ginenſiũ roſtra ablata ſunt. ⁊ in foro romano p̄fixa vt eſſent inſigne victo rie. Itē improbꝫ dictus q꜡ inſtat etiā ꝓhibenti q̄ſi nō pbꝫ. rapimur ſimul cũ tp̄e. ⁊ ſicut om̄ia eiuſdem diſpoſitionibꝫ eodē numero nunqꝫ redeũt. ita nos nō redimus q̃ꝫuis ſemꝑ redit hyems ⁊ eſtas

Dure peragunt penſa ſorores ... Sene.
Nec ſua retro fila reuoluunt
Ac gens hominum fertur rapidis
Obuia fatis incerta ſui
infernales vndas
Stygias ultro querimus undas

¶ Hee tres fatales p̄ſunt vite hũane ducētes hoīem ad mortez. Itē pēſa ſunt fila pēdentia in ſtamine ꝑ q̄ intelligiꝛ hic curſus vite hoīs vſqꝫ mor- tē. Itē ſtyx palꝰ infernalis ē ꝑ quā diȷ̃ iurāt. qđ iuramentũ violare nō pñt Itē ſoror eſt q̄ſi ex eodem ſemine dicta. q꜡ ſola cũ fratribꝫ in ſorte agnitio- nis habeaꝛ. Et dꝛ germana quaſi ex eodem germine manās. germani fra tres ⁊ germane ſorores vocanꝛ qui ſunt ex eodem patre.

qui non timet ille rex ſecurus eſt.
Rex eſt qui metuit nihil ... Sene.
qui non cupit rex eſt.
Rex eſt qui cupiet nihil
libertatis vnuſquiſqꝫ
Hoc regnum ſibi quiſqꝫ dat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 184 [14,-475 4°]

ꝛ quicunqꝫ vult ſtat ſic potens
Stet quicunqꝫ uolet potens
Illi mors grauis incubat
Qui notus nimis omnibus
Ignotus moritur ſibi

¶ Ille rex ē q̄ nec timet nec cupit ſe ꝛ ſuis ꝯtent⁹. hoc regnū p̄t q̄libet ſibi dare ꝛ potentē ſe facere. q̄ em̄ nimis cupit not⁹ eſſe alijs ſubſeruiēdo moriṫ ignot⁹ ſibi. plus em̄ alijs cure tribuit q̄ꝫ ſibi. Itē ignot⁹. nō not⁹. ignobilis et improuiſo veniēs. Cū rex dicaṫ a regēdo q̄ ſeipm regere ꝛ noſcere p̄t optimo regno rex ē: ꝛ oēs em̄ actus regiminis ꝛ vite nr̄e ordinādi ſtꝫ vt noſmetipſos regam⁹ ꝛ cognoſcam⁹. q̄ aūt nimium alijs extrinſecis negocijs alijs ſubſeruiēdo impedit⁹ fuerit ſeip̄m negligit ꝛ ſibi ignotus morietur.

pauperes domos
Sene. Cur in penates rarius tenues ſubit
libido
Hec delicatas eligens peſtis domos
In domib⁹ mediocriū tēperata voluptas moratur
Cur ſancta paruis habitat in tectis uenus
cōmunis populus obſeruat ſanos affectus
Mediumqꝫ ſanos vulgus affectus tenet
Regnoqꝫ fulti plura q̄ fas eſt petunt
Quod non poteſt vult poſſe qui nimium poteſt

¶ Penates gētiles dicebant oēs deos quos domi colebant ꝛ dicti ſunt. qꝛ eſſent in penetralib⁹. i. in ſecretꝫ. hi dij q̄uo vocabanṫ. ꝛ q̄ noia habuerūt ignoraṫ. ꝛ ſepe ponunṫ ꝓ domib⁹. vt hic. Itē affect⁹ ab afficio qḋ pulchre ꝑ ponit̄. afficio te voluptate. inimicos iniuria. i. facio inimicis iniuriam. Siīliter afficior dolore. i. doleo. afficior verecūdia. i. verecūdor. afficior iniuria. i. iniuriā paſſus ſum. Itē regnū a regib⁹ q̄ gubernāt ꝓ ſalute rei publice ſingula cuius ꝯtrariū eſt tyrānus. Vn̄ apud veteres ꝓuerbiū etiā erat rex eris ſi recte facias. cuius ꝟtutes due ſunt. iuſticia ꝛ pietas.

Hora. Quam temere in noſmet legem ſancimus iniquam
Nam uitiis nemo ſiue naſcitur optimus ille
qui minus peccat inter homines melior eſt.
Qui minimis urgetur. amicis dulcis ut equum eſt

¶ Miſerrima ē ꝯditio hūana q̄ cū naſciṫ abſqꝫ vitijs viuere nō p̄t. vt oīs hō mēdax. oēs inutiles facti ſtꝫ nō eſt q̄ faciat bonū nō eſt vſqꝫ ad vnū. Itē ſancio ꝑm Priſcianū dꝫ in p̄n̄ti ꝛ in tꝑib⁹ inde formatis ſcribi ꝑ c. ꝛ nō ꝑ t aut ꝑ t. Et hꝫ ꝑm eundē triplex p̄teritū ſcꝫ ſanciui ſanxi ꝛ ſanxij

Hora. Virtus fama decus diuina humanaqꝫ pulchris
Diuitiis parent quas qui conſtruxerit ille
Clarus erit fortis iuſtus ſapiens etiam rex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 184 [14,-475 4°]

acquiſitum eſt.
Et quicquid uolet hoc ueluti uirtute paratum

¶ Qui diues eſt famatur ꝟtuoſus honorandus ⁊ om̄ia humana ⁊ diui-
na ſibi obediunt. ſapiens ꝓuidus nobilis quaſi omnia virtute eſſent para-
ta. Item nobilis ⁊ clarus in hoc differunt ꝙ clarus ſemꝑ capit in bonam
ꝑtem. Nobilis vero qñꝗ in malam ꝑtem. Unde a noſco dꝛ quaſi notꝰ.
Unde ⁊ nobilis meretrix dꝛ ⁊ nobile ſcoꝛtum.

in aureo ſeculo
Vix ego ſaturno quenq̄ regnante uidebam — Ouid.
Cuius non animo dulcia lucra forent

lucri
Tempore creuit amor qui nunc eſt ſummus habendi
amoꝛ lucri habendi
Vix ultra quo iam progrediatur habet

¶ Cupiditas moꝛtaliū excreuit tꝑe paulatim vt iā ſūma ſit vt maioꝛ fie-
ri nō poſſit. Tꝑe aūt ſaturni aurea ſecl'a fuerūt. tn̄ aliq̄ lucri libido fuit Itē
cupiditate ceci nō niſi lucrū q̄rūt. Itē lucri bonus eſt adoꝛ ex qualibet re.

Creuerunt opes & opum furioſa cupido — Ouid.
auari ⁊ diuites
Et cum poſſideant plurima plura petunt
Querere ut abſumant abſumpta requirere certant
nutrimenta acquirendi
Atq; ipſe uitiis ſunt alimenta uices

¶ Creuit inſana ⁊ inexplebilis diuitiarū audacia. ⁊ quo plura homines
habent plura appetūt vt q̄d abſumere ⁊ ꝓfundere pn̄t req̄rere abſumpta
ea que iam cōſumpſerunt ⁊ viciſſitudines querendi ſunt alimenta vitijs.
alunt em̄ cupiditatem inſatiabilem. Item vices acquirendi ⁊ appetendi
diuitias ſunt alimenta vitioꝝ ⁊ cupiditatis

ab aquoſitate epatis ſuffuſa
Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda — Ouid.
quanto magis bibit hydropicus tanto magis ſitit.
Quo plus ſunt pote plus ſitiuntur aque
pecunie ſunt
In precio precium nunc eſt dat cenſus honores
abiectus eſt.
Cenſus amicitias pauper ubiq; iacet

¶ Compat auariciā hydropiſi ſic. Hoꝛatiꝰ in odis. Creſcit indulgens ſi-
bi dirus hydrops. Potus a ū. in vtrāq; accipit ſ̄cationē ꝓ eo q̄ potauerit
vt Ouidiꝰ. Pōpa ſenem potū pota trahebat anꝰ. ⁊ paſſiuo. vt H. Itē ibi.
In p̄cio. Nihil eſt iam q̄d poſſit niſi pecunia ꝯpari p̄cium eſt in p̄cio qua-
ſi quicq̄d p̄cioſum eſt ⁊ alicuius eſtimationis venale eſt etiam ip̄m p̄cium
Pecunia dat publica munera. amicitie etiam p̄cio parantur. pauꝑ qui p̄-
cium ſoluere nō poteſt iacet vbiq;. qꝛ ꝓ abiecto ⁊ vili habetur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 184 [14,-475 4°]

olim hoies habebant era ꝑ cõmutatione rerum: ſed nunc aurum

Ouid. Era dabant olim melius nunc omen in auro eſt

moneta erea dedit locum noue auree.

Victaqꝫ conceſſit priſca moneta noue

Nos quoqꝫ templa iuuant q̃uis antiqua probemus

noua magna

Aurea: maieſtas conuenit ipſa deo

¶ Seruius Tullius ṗmus ſignauit es an̄ rudes lamine erãt. ſignatũ eſt nota pecudũ. Inde pecunia dicta eſt. qꝛ effigie bonum era ſignauit. Item es a ſplendere aeris dictũ eſt. Apud antiquos ṗus eris q̃ꝫ ferri cognitus erat vſus. eratqꝫ in ꝑcio magis es q̃ꝫ aurũ ⁊ argentum. ſꝫ voluenda etas cõmutat tꝑa rerum. es iacet. aurum ſummo ceſſit honore

Ouid. Laudamus ueteres: ſed noſtris utimur annis

ſcꝫ antiquus ⁊ modernus

Mos tamen eſt eque dignus vterqꝫ coli

¶ Verbo laudamꝰ veteres. ſꝫ nr̄is moribꝫ viuimꝰ q̄ ſi ꝟtuoſi ſunt vtriqꝫ coli pñt. Itē mores antiq̃rũ ꝟtuoſi ꝯmendandi ſunt. pñtibꝫ tñ ꝟtute ꝓbatis moribꝫ vita nr̄a ꝯfirmanda eſt cũ his maxime amica hominũ cõuerſatio retinet̄. morũ ſilitudo eſt maxime amicitie vinculi ratio. ⁊ hoc natura innatum eſt. vt vult Ariſtoteles octauo ethicorum

Ouid. Nox erat & vino ſomno faciente iacebant

grauitate

Corpora diuerſis uicta ſopore locis

illa tria boni

Nox & amor vinumqꝫ nihil moderabile ſuadent

nox vinum

Illa pudore uacat liber amorqꝫ metu

¶ Nox erat ⁊ q̄eti ſe oēs tradiderũt ꝑſertim cũ epotũ vinũ vigeret faciēs ſomnũ. Tria ſunt q̄ nihil moderabile ſuadēt. ſcꝫ nox. vinũ. ⁊ amor. nox caret pudore. vinũ ⁊ amor metu. Itē Vaco ſi dtõ iũgit̄ ſ̄cat operã dare. vt vaco lr̄is. Si vero abltõ iungit̄ ſ̄cat ꝯtrariũ dr̄. vaco caris. i. careo. ⁊ ſic ē hic. Si abſolute ponit̄ vacare ſ̄cat ſuꝑfluũ eſſe. vt carmina vacãt. i. ſuperflua ſunt. Aliq̃ñ ociũ eſſe. vt ſi vacat nr̄os audire labores. i. ſi ocium eſt

Ouid. Scilicet interdum miſcentur triſtia letis

delectant

Nec populum toto pectore feſta iuuant

¶ Eodem die leta euenere ⁊ triſtia. Triſtia miſcentur letis. Intermiſſio negociorum eſt virium corporis reſtauratio. miſcenda ergo ſunt letis triſtia. laborioſis quieta.

¶ De modis ebrietatis

in campum diffuſa in diuerſis locis

Ouid. PLebs uenit ac uirides paſſim diſiecta per herbas

quiſqꝫ ſedet bibit cum coniuge ſua
Potat & accumbit compare quiſqꝫ ſua
aliqui ſub diuo aliqui ſub tentorijs
Sub ioue pars durat pauci tentoria curant
caſa eſt facta ex frondibꝫ
Sunt quibus & ramis frondea facta caſa eſt

¶ Itē deſcribit h modū ebrioꝝ villanoꝝ. Itē tentoria ſunt tabernacula militū ꝗbꝫ in itinere ſolis ardores tēpeſtateſqꝫ imbriū frigoriſqꝫ iniurias vitāt dicta ꝙ tendanť funibꝫ ⁊ palis. vñ ⁊ hodie ꝑtendere dicunť. Itē Caſa eſt agreſte habitaculū palis atqꝫ ꝟgultis arundinibuſqꝫ contextum ꝗbꝫ poſſunt homines tueri a vi frigoris ⁊ caloris nimia.

multos ciphus
Inuenies illic qui neſtoris ebibit annos Ouid.
ſpectaculis
Illic & cantant quicquid didicere theatris
vt ebrij ſolent. qꝛ eas ad cantum agitant
Et iactant faciles ad ſua uerba manus
paſſis crinibꝫ
Cultaqꝫ diffuſis ſaltat amica comis

¶ Qui totiens bibit quot annis vixit Neſtor quē vixiſſe dicūt tricentos annos. Theatrū aūt a ſpectaculo nominatū ꝙ in eo populꝰ ſtans deſuꝑ atqꝫ ſpectans ludos ſcenicos cōtemplareť. Amphiteatrū vocatū eo ꝙ ex duobꝫ ſit theatris cōpoſitum. Nam amphiteatrū rotundū eſt. Theatrūꝫ vero ex media amphiteatri eſt ſemicirculi figuram habens. Item manus diciť ꝙ ſit totius corpis animus. Ipſa eñ cibum ori miniſtrat. Unde ab Ariſtotele organum organorum dicitur

ex taberna domū eundo ſpectanť ab omnibꝫ
Dum redeunt titubant: & ſunt ſpectacula vulgi Ouidius
qꝛ quoad ebrij ſunt nec bona nec mala diſcernunt
Et fortunatos obuia turba uocat
Occurrit nuper: uiſa eſt mihi digna relatu:
ſpectaculum ebrium ebria vetula
Pompa: ſenem potum pota trahebat anus

¶ Dū ex tali ebrioꝝ conuentione male loquentes ⁊ ambulantes ſunt ridiculo hominibꝫ vt exemplo declarat. Itē pompa dꝛ greca deriuatione: ē publica oſtentatio. ⁊ ꝑcedit victoriam pompa. Item anus appellata ē a multis annis quaſi annoſa. a quo anilitas dꝛ. Potus a um actiue vt hic. ⁊ paſſiue vt ibi Claviger. ⁊ tanto eſt albula pota deo

¶ De inuentione iuris

PRincipio nimium promptos ad bella quirites Ouidius
leniri nume deorum relligione
Molliri placuit iure deumqꝫ metu

a numa   ne omnia arbitrio potentioꝛib⁹ fierent
Inde date leges ne fortior omnia poſſet
induerūt manſuetudinē   arma ⁊ vires equitate vincuntur.
Exuritur feritas armiſq; potentius equum eſt
pudet inter ſe pugnare
Et cum ciue pudet conſeruiſſe manus

¶ Ad reprimendū violētias iura ⁊ leges inuēta ſunt. Romul⁹ p̄m⁹ romanoꝝ rex ſꝫ armis oīa reterat. ſꝫ numa regno potit⁹ vrbē cōditā vi ⁊ armis iure legibuſq; ab integro repare parat. ⁊ hoc deoꝝ metu ⁊ religione Nam illa ꝓa religio ē cū deū timem⁹. Et inde volūt deū dictū ꝙ metus ſit. vnde Papinius p̄m⁹ in oꝛbe deos fecit timoꝛ. Et pomponi⁹ ait deus dictus eo ꝙ ibi nihil deſit ⁊ oīa ꝯmoda hoib⁹ dat. Item quirites milites nobiles ſunt a romulo quirino dicti qui p̄mo oꝛdinem militum oꝛdinauit diuidendo vrbem in tres partes. milites. conſules ⁊ plebes

antequā quid incipias deliberes
Ouid. Nubere ſi qua uoles q̄uis properabitis ambo
Differ. habent parue commoda magna more

¶ Si aliq̄ puella ſit nuptijs cōtractura q̄uis ambo ꝓperabitis differre tn̄ velis. qꝛ pue moꝛe hn̄t magna cōmoda. Itē nubere ꝓprie dꝛ de mulieribus tm̄. vt hec mulier nupta eſt viro. Inuenit̄ etiam nouus nuptus

veritatis.
Ouid. Si qua fides animum ueriq; infuſa per artes
numen   corporis
Virgi. Mens agitat molem & toto ſe corpore miſcet
grauant
Spiritus & quantum non noxia corpora tradant
obtundunt
Terreniq; hebetant artus moribundaq; membra

¶ Fides veritatis canit ſpūalē mentē eſſe in hoib⁹ q̄ miſcet ſe toto corpi viuificans ipm ⁊ exercens quantū mēbra moꝛibūda coꝛpis pn̄t retardare. Cū aūt duab⁹ ptib⁹ aīa ſcꝫ ⁊ coꝛpe hoiem ꝯſtare liq̄dum eſt. dn̄e aie corpus ſubſeruire debet ⁊ ab ea regi. Illa em̄ eſt naturalis oꝛdo coꝛpis ⁊ aie Vn̄ anima deo ſil'is immoꝛtalis. Coꝛpus vero coꝛruptibile ⁊ moꝛibundū. Coꝛruptibilia aūt incoꝛruptibilib⁹ ſubijciuntur.

¶ De penis inferni.

Virgl. Diſcite iuſticiam moniti & non temnere diuos
p ſua virili poteſtate   facultas alacres
Pro ſe quiſq; uiri que cuiq; eſt copia leti
vnum   inuocate
Communemq; uocate deum meliora ſequamur
ad quod deus dirigamus
Quaq; uocat uertamus iter via prima ſalutis

bonı
Intemerata fides & mens ſibi conſcia recti
¶ Ammonet mortales ad beatā vitā diligendo ⁊ timendo deū cum inte
gra fide opibꝫ cōprobata faciendo vnicuiqꝫ ꝓximo ſicut ſibiipſi. Fides ē
ſubſtantia omniū bonoꝝ operū. fides ſine opibꝫ mortua eſt. ꝑma via ſalu
tis fides eſt inuiolata. virtuoſis opibꝫ cōprobata. cū quiuis ꝑ ſe ⁊ deme
ritis ſuis ratione̅ reddet. ideo quiuis ꝓ ſe intemeratam fidem eligat ope
ribus iuſticie aut aliarū virtutum eam cōprobando.
hi ſunt in ꝑpetuis penis ſtuduerunt recollectis
Hic qui diuitiis ſoli incubuere repertis
diuitiarū cōmunicauerūt ꝓximis viuerent
Nec partem poſuere ſuis dum uita maneret
a quibꝫ eſt ꝑcuſſus pater a quibꝫ facta eſt
Pulſatuſve parens & fraus innexa clienti
¶ Hic de p̄mio meriti ⁊ demeriti ꝓſequit̄. In ꝑpetuis penis ſunt auari
non ſuccurrentes egentibꝫ ſuis ꝓximis. quicꝫ etiam parentes ſuos inobe
dientes leſerunt. aut patronis ſuis benefactoribꝫ mala ꝓ bonis retribue
bant. diis parentibꝫ ⁊ benefactoribꝫ in re naturali bn̄facere cogimur ⁊ ma
lefacere ꝓhibemur. Item clientes a verbo greco clingere qđ eſt cingere di
cti ſunt p̄terea ꝙ dominos ſuos cingunt circūſtantes clientes quaſi colen
tes. Sunt patroni quaſi patres ex lege duodecim tabularum. Patronus
ſi clienti fraudem ſecarit ſacer eſto
hi ſunt ꝑpetuis penis occiſi
Quicꝫ ob adulterium ceſi quicꝫ arma ſecuti
contra dominum vel patriam.
Impia: nec ueriti dominorum fallere dextras
¶ In ꝑpetuis penis torquent̄ ꝗ ꝯtra patriā arma ſumpſerūt dn̄os ſuos
aut patriam tradiderint. patrie ⁊ ſuꝑioribꝫ obediendo nos ⁊ noſtra debe
mus. ⁊ hoc lege nature cōtra quā peccans penis eternis afficitur
traditor patrie affligitur penis ad nutum ſuum
Vendidit hic auro patriam. dominumqꝫ potentem
ſtrauit compoſuit ꝓpter lucrū vidēdo iura ꝯtrarium formando.
Impoſuit. fixit leges precio atqꝫ refixit
qui commiſit inceſtum ꝑpetuis penis affligitur
Hic thalamum inuaſit nate uentoſqꝫ hymeneos
oēs ꝗ puniunt̄ ꝑpetuis penis in inferno auſi ſunt ⁊ magnū pctm̄ fecerunt
Auſi omnes immane nefas auſoqꝫ potiti
¶ Item matrimoniū. connubiū. cōiugiū nuptiale. fedus hymeneus. te
da. thorus. thalamus. circa idem verſant̄. Item hymen a primario ꝑcato
matricem ꝑcat. Eſt etiam carmen nuptiale. Item hymeneus ē deus nup
tiarū a quodam viro hymeneo athenienſi qui proſpere vſus eſt nuptiis.
Cū voluntas ſit origo om̄is peccati qđ voluntariū eſt non tm̄ exitus pec
catoꝝ punitur: ſed etiam conatus. Omnes em̄ qui conati ſunt magnū ne
fas. i. mortale peccatum: eternis penis ſunt cruciandi.

Virgl.
Virgil.
Virgil.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 184 [14,-475 4°]

Virgi. Tunc cum frigida mors anima ſeduxerit artus
in inferno
Incluſi penam expectant que maxima turba eſt
antiquorum peccatorum.
Inferniſque cient tenebris ueterumque malorum
exſoluunt ſtygie
Supplicia expendunt aliis ſub gurgite vaſto
quod infecit animam
Infectum eluitur ſcelus aut exuritur igni

¶ Enumerat hic penas inferni et modum quibus puniuntur damnati. Anima ſeparata corpore non puta defertur ad penas ad expurgandum peccata. Item infernus ſubſtantiue eſt locus penarum. Infernus autem adiectiue ſiue infernalis idem eſt quod imus ſiue profundus. vt infernas adijt domos. et dicitur ab infra. quia ſub terra. vel dicitur ab infero infers. quia anime reorum illuc inferuntur. Item pendere penas dicimus propterea quod olim pecunia peccata luebant quas appendi plane conſtat.

cenoſus luculentus illic in inferno magno hiatu
Virgi. Turbidus hic ceno uaſtaque voragine gurges
efferuet euomit
Eſtuat atque omnem Cocyto eructet arenam

Senior intus habet ſede tamen tartarus ipſe
profundum iprofundum
Bis patet in preceps tantum tenditque ſub vmbras
ad ſummum celum
Quantus ad ethereum celi ſuſpectus olympum

¶ Tartarus ipſe in quo perpetuis penis affliguntur bis tantum in preceps patet et tendit ad ſuas vmbras quantus eſt ſuſpectus .i. altitudo ad olympum ethereum. Gurges turbidus vaſta voragine eſtuat arenam infernalem cuius peior locus eſt tartarus et dicitur turbidus. quia illic anime turbate ſunt. vel a tumore frigoris quod eſt algere et rigere quia luce ſoleque caret. Tartariſim horrere et tremere apud grecos legitur. Illic fletus et ſtridor dentium. Item Cocytus ex fluuijs infernalibus latine ſonat luctus.

ex tartaro audiebantur ploratus ſonabant
Virgi. Hinc exaudiri gemitus & ſeua ſonare
dentium
Verbera tum ſtridor ferri tracteque cathene
ſumma obſcuritas eſt ibi
Semper & obducta denſantur nocte tenebre

¶ A tartaro exaudiuntur gemitus ſeua verbera ſtridor ferri et cathenarum perpetua nocte et obſcuritate. Ejicite eum in tenebras exteriores ibi erit fletus et ſtridor dentium ſummuſque calor cum ſummo frigore mixtus: omnia quoque mali preſentia et bona abſentia

magnum lapidem ſurſum pendent inter rotas
Virgilius Saxum ingens voluunt alii radiiſque rotarum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 184 [14,-475 4°]

alligati in tartaro perpetue in penis
Diſtricti pendent ſedet eternum𝄋 ſedebit
Non mihi ſi centum lingue ſint ora𝄋 centum
Ferrea vox omnes ſcelerum comprehendere formas
Omnia penarum percurrere nomina poſſum

❡ Siſiphꝰ latro cū mortales ingenti grauans ſaxo necaret dānatꝰ apud inferos ingens ſaxū mouet. Si omnes linguas ⁊ ora mundi haberē non poſſem enarrare omnes penas inferni.

cretenſis ille iudex poſſidet
Gnoſius hec rhadamantus habet duriſſima regna — Virgi.
nocentes inq̄rit peccā cōpellit ad confeſſionem.
Caſtigat𝄋 audit𝄋 dolos ſubigit𝄋 fateri
peccata
Que quis apud ſuperos furto letatus inani
confiteri grauem perpetrata peccata.
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem

❡ Itē Rhadamātus Minos ⁊ Eacꝰ iudices ſunt apud inferos Rhadamātus aūt cogit eos fateri peccā q̄ nunq̄ȝ in vita ꝯfeſſi ſūt. Et ꝑ iſtos tres iudices intelliguntur ꝓpria conſcientia. iuſticia diuina ⁊ veritas.

❡ De felicitate beatorum.

Hi ſunt in beatitudine qui mortui ſunt pro defenſione patrie.
Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi — Virgi.
ſunt illic fuerunt eis
Qui𝄋 ſacerdotes caſti cum uita manebit
vaticinantes ⁊ predicantes vera.
Qui𝄋 pii vates & phebo digna locuti
qui vitam duxerunt per artes ſicut philoſophi
Inuentas aut qui uitam excoluere per artes
beneficium dando.
Qui ſui memores alios fecere merendo
p̄dictis ⁊ ſimilibꝫ pulchra corona glorie
Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta

❡ Hic oſtēdit q̇ ꝑpetuis delicijs ⁊ beatitudine fruunt̄.ſ. q̇ mortui ſunt ꝓpter defenſionē reipublice. ⁊ caſti ſacerdotes veritatē p̄dicātes. ⁊ q̇ vitam ꝟtuoſam duxerūt ꝑ artes inuētas. Itē vitte ſunt q̄ crinibꝫ innectunt̄: q̇bꝫ fluentes religant̄ capilli. ⁊ victe q̄ꝛ vinciunt. Item Tenia eſt vittarum extremitas dependens diuerſoꝝ coloꝝ. Vitta eſt qua corona vincitur.

cum mundo
Quin & ſupremo cum lumine uita reliquit — Virgi.
quod egerunt in vita animabꝫ ex toto
Non tamen omne malum miſeris: nec funditus omnes

libidines corporis omnino.
Corpore excedunt peſtes penituſqꝫ neceſſe eſt
mala coniuncta conſueſcere.
Multa diu concreta modis moleſcere miris
¶ Hic agit de penis purgatorij dicens. crimina ꝑ penitentiã in hac vita nõ deleta debent penis purgatorij purgari: cũ anima pura vti creata ſuo creatori ꝑ gloriam iungi neceſſe erit. Quicquid hic nõ deletum eſt purgabitur purgatorio. Que eñ diu coniuncta fuerunt inuicem ſe tenent ⁊ trahunt reliquias ſordium antiquarum. ⁊ cum remanet aliquid ſordis: neceſſe eſt vt purgetur.
qꝛ in mũdo ſunt ex ꝯtagio corpis factorum in vita
Virgi. Ergo exercentur penis veterumqꝫ malorum
ſuſtinet peccatum purgatur
Supplicia expendunt ſcelus atqꝫ exuritur igni

Donec longa dies perfecto temporis orbe
affixam in corpore
Concretam exemit labem purumqꝫ relinquit
¶ Quia anime ſunt inquinate ꝯtagio corpis. ergo purgari debent penis longo tꝑe. pena eximit omnẽ labem peccati. omne peccatũ cõtagio corpis aduenit. qꝛ anima de ſe pura eſt imagine creatoris creata ſibi dum corpori infunditur contagio maculis corpis cõmaculatur.
aĩas poſtqꝫ voluerunt
Virgi. Has omnes vbi mille rotam voluere per annos
fluuius infernalis eſt impetu
Letheum ad fluuium deus euocat agmine magno
purgati a peccatis preteritis redeant ad creatorem
Scilicet immemores ſupera ut conuexa reuiſant
¶ Item Letheus fluuius infernalis eſt obliuionẽ inducens ꝓ tãto. quia anime in purgatorio purgate beatitudini deputant̃ abſqꝫ aliqua imagine pene. poſtqꝫ longo tꝑe purgate fuerint ⁊ munde deus vocat eas ad letheum fluuium vt obliuiſcant̃ preteritoꝝ in penam ⁊ punitionem. ⁊ ſublimãtur vſqꝫ ad conueca celorum. hoc eſt ad celum empyreum vbi reſidẽt beati in gloria. Et ſic ꝑ flumen letheum poete intelligunt obliuionem omnium preteritoꝝ malorum ⁊ penarum.
ſine ordine ⁊ iudicio iſta loca inferni.
Virgi. Nec uero he ſine ſorte date ſine iudice ſedes
inq̃ſitor pctõꝝ ille iudex animarum
Queſitor minos vrnam mouet ille ſilentum
animarum
Conciliumqꝫ vocat uitaſqꝫ & crimina diſcit
¶ He ſedes nõ dant̃ animab; ſine iudicio. qꝛ minos iudex infernalis mouens vrnam conuocat conciliũ celeſtium deputando quẽqꝫ locis ſuis meritis. ⁊ ita ſine ſorte. i. ſine iudicio more romanorum Non eñ audiebãtur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 184 [14,-475 4°]

cauſe niſi ſortes ordinate eſſent ex vrna quā mouebat iudex. Item Conci
lium hominum ad conſultandum congregatio. a cio es eſt. conuocare.

De Lymbo inferni

aperitionib⁹
introitum inferni
Veſtibulum ante ipſum primiſq; in faucibus orci — Virgi.

triſticia vindicatores malorum.
Luctus & vltrices poſuere cubilia cure

facientes pallidum
Pallenteſq; habitant morbi triſtiſq; ſenectus

ſuadens mala egeſtas q̄ ſuadet turpis.
Et metus & maleſuada fames ac turpis egeſtas

Agit de veſtibulo ꝛ lymbo inferni. Et qꝛ omnia mala a diabolo eiuſq;
societate oriunt: fingunt iſta habitare ante introitum inferni. Item veſti
bulum dictum ab eo ꝙ ianuam veſtiat. vel a veſta. quia veſte limen conſe
cratum eſt. vel qꝛ nullus illic ſtet. vel a ve ꝛ ſtando. In limine em̄ ſol⁹ eſt
tranſitus quomodo veſanus dicit non ſanus. ſic veſtibulū non ſtabulum
cum nemo illic debet ſtare aut quieſcere. Dicit aūt eſſe in aditu inferorum
q̄ vicina ſunt morti. aut q̄ poſt mortē creant in quē iſta ꝯcurrūt neceſſe ē ꝙ
mortalis ſit. Unde deos immortales dicunt. qꝛ iſta non ſentiunt.

mors
Terribiles viſu forme letumq; laborq; — Virgi.

deinde proximus mortis
Tum conſanguineus leti ſopor & mala mentis

inferēs mortem in oppoſito introitus
Gaudia. mortiferumq; aduerſo limine bellum

furiarum thori rabida
Ferreiq; eumenidum thalami. & diſcordia demens

In veſtibulo inferni ſunt mors. labor. ſopor. bellum. diſcordia. furie in
fernales Itē Eumenides furie infernales ſunt tres. ſ. Allecto. Teſiphone
ꝛ Megera dicte ab eu interiectio dolentis; ꝛ menes d. fectus. ꝛ puniunt
animas in inferno.

in lymbo audiunt voces fletus infantium
Continuo audite uoces vagitus & ingens — Virgi.

ſine ſorte lactantes adhuc.
Quos dulcis vite exortes & ab vbere raptos

a mundo mortis abſq; baptiſmo
Abſtulit atra dies & funere merſit acerbo

In lymbo inferni ſunt infantes abſq; baptiſmo decedentes. Item plo
ratus tm̄ lachrymarū eſt. planctus tm̄ vocum. fletus ad vtrūq; ptinet. q̄
pleruq; ꝯfundunt a poetis. Itē exortes quaſi extra ſortē vite poſitos Itē
limina oſtiorum dicta eo ꝙ tranſuerſa ſunt vt introeat aut foris eatur Limi
tes vero ſunt agrorum. Acerbo. i. immaturo. tranſlatio a pomis que immā
tura acerba ſunt. Infantes acerba morte moriuntur.

habere poſtea.

Virgi. Non ego uos poſthac ceſis de morte iuuencis
ſm religionē maioꝝ linguis arboꝝ extructas.
Religione patrum truncisve & robore natas
humana arte ſtatuas
Mortaliq; manu effigies nec templa deorum
non concedam poſt mortē vt facies bona in hac vita
Annuam repetens iterum iterumq;.

¶ Poſtq̄ȝ homo animab⁹ ꝑ mortē datus ē nō p̄t ampli⁹ mereri. Admonet ergo vt q̄s in hac vita bona agendo mereat᷑. Item religio appellata ē q꞉ ꝑ eam vni deo religamus animas noſtras ad cultum diuinum vinculo ſeruiendi. ⁊ venit a religendo. ⁊ eſt ſpecies iuris nature. Itē poſthac: ante hac. i. ante hoc vel poſt hoc tempus. Aliq̄n tn̄ repimus ante illud ⁊ poſt illud. Vn̄ Saluſtius. Sed ⁊ ſepe ante hac fidem ꝑdiderat.

mortuū eſſe honora parentes cum effectu
Virgi. Sed periiſſe ſemel ſatis eſt matremq; patremq;
vtile erit q꞉ non eſt dignum credere minus
Profuerit meminiſſe. minus ſi credere dignum eſt
labitur ſub hoc
Cum fugit interea fugit irreuocabile tempus
incendij extremi poteſtas.
Flammarumq; dies & vis inimica propinquat

¶ Poſt mortem que tm̄ ſemel homini contingit merendū nō eſt. In hac vita honora parentes. q꞉ minus credere nō eſt dignum. tempus ſubito fugit irreparabile. inimica vis diaboli ⁊ punitio peccatoꝝ mortalib⁹ om̄i hora ꝓxima eſt: cum hora mortis incerta eſt. Honora patrem ⁊ matrē ⁊ diu eris ſupra terram. Maledictus qui non honorat parētes. morte nihil certius. ⁊ hora eius nihil incertius.

¶ De extremo iudicio.

q̄ȝ ſuperiora ſupplicia inferni
Virgi. Sic aliud maius miſeris mortalibus egris
crudeles.
Iudicium canit & triſtes denunciat iras
collapſa
Venturum excidium & uaſta conuulſa ruina
Omnia nunc pariter rutilo immiſcerier igni
Palanteſq; polo ſtellas celiq; ruinam

¶ Venit hora in qua omnes q̇ in monumentis ſunt audient vocem filij dei. ⁊ ꝓcedent boni in reſurrectionē vite. mali vero in reſurrectionē iudicij. Reſurrectio mortuoꝝ iudiciū extremū. iudicis futurū. Omnia tunc ſuis formis deſtituent᷑ ⁊ igne ꝯſument᷑. Celum aūt in ſcripturis firmamentuȝ vocat᷑ q꞉ ſit curſu ſiderum ratis legib⁹ ⁊ fixis firmatū. Interdum ⁊ celum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 184 [14,-475 4°]

pro aere accipitur. Lucretius. celum qd̓ dicitur aer Pſalmus. volucres ce li appellat cum manifeſtum ſit volucres in aere volare.

poſt hoc animos auditoribꝫ

Tunc uero tremefacta nouus per pectora cunctis — Virgi.

ſubrepit

Inſinuat pauor & taciti uentura videbunt

¶ Tuba vocante ad iudicium magnus timor ſubrepit pectora mortaliũ expectantiũ tacito ventura. magis em̃ abhorrent dãnati vocem ꝛ ſententi am iudicis omnibꝫ penis inferni. Unde quis mihi tribuat vt in inferno protegas me donec pertranſeat furor tuus

o vos aie ſaluate curſus mundi completus

Viuite felices quibus eſt fortuna peracta — Virgi.

nos viuentes rotamur in pɨculis mũdi ex vno vitio in aliud

Iam ſua. nos alia ex aliis in fata uocamur

acq̈ſita laboris qꝛ in eterna beatitudine

Vobis parta quies nullum maris equor arandum

¶ Sũma felicitas eſt ſpeculatio veritatis increate q̃ conſiſtit in fruitione diuine eſſentie qua beati fruunť in quo conſiſtit eterna felicitas. Hec eſt ve ra felicitas vt videant te deum facie ad faciem. Item arare eſt terram ara tro ſcindere. ꝛ d̓r ab ere. qꝛ prius ere culturam exercebant anteq̃ȝ ferri fuiſ ſet vſus ꝛ reptus. ꝛ accipitur hic pro laborare

O preſtans animi iuuenis abſiſte precando — Virgi.

abſtinuiſſe a peccatis

Nec te peniteat nihil o tibi nempe relictum eſt

Diſce puer contemnere opes & te quoqȝ dignum

puta fruitione diuina

Finge deo & que ſit poteris cognoſcere uirtus

¶ Dat modũ quo iuuenis p̄t euitare penas inferni ꝛ ꝯſequi beatitudinẽ ſummã. Itẽ dicimus ornate. p̄ſtans animi vel animo. preſtantis animi ꝛ preſtanti animo. vt vir egregius laude vel laudis. egregie laudis vel egre gia laude. Abſtineat a peccatis volens euitare penas inferni. nec hoc pe niteat. qꝛ peccatis nõ niſi pena relinquiť. ꝯtemnat diuitias. colat ꝟtutes ſic poterit eſſe dignus deo. ꝑ virtutes em̃ quis efficitur deo dignus. vnde Virgilius. Ardens euexit ad ſidera virtus

auxilium proximũ tuum non derelinque

Da dextram miſero & fratrem ne deſere frater — Virgi.

recipi accipere petentem

Si iungi hoſpitio properat coniunge uolentem

Caſta pudicitiam ſeruet domus en age ſegnes

fac cito penitentiã ꝛ ꝯuerte te ad virtutes accedendo

Rumpe moras rebuſqȝ ueni non aſper egenis

¶ Volens euitare penas inferni ſuccurrat miſeris hoibꝫ hoſpitalitatem colat cũ aliȷs opibꝫ miſericordie caſte viuat. ꝛ hoc cito ꝑagat ne morte pre

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 184 [14,-475 4°]

ueniatur. Item ſegnis piger dꝛ quaſi ſine igne. i. ſine viuacitate ⁊ virtute. Item temporale non durans habitaculum hoſpitium eſt.

Jeſus ſaluatoꝛ noſter natus ex intacta genitrice
Virgi. Iam noua progenies celo deſcendit ab alto
tandem tempus
Attulit & nobis aliquando optantibus etas
redimendo nos a ſeruitute diaboli maria
Auxilium aduentumqꝫ dei cum femina primum
vulgaris cõceptus. qꝛ deũ abſqꝫ virili parit ſemine
Nec generis noſtri puerum nec ſanguinis edit

❡ Nobis hominibꝫ caligine peccatoꝝ natis Jeſus ſaluatoꝛ omnium de virgine intacta natus attulit remedium quo a penis inferni liberari poterimus. Item Edo quaſi extra. vt quod edis recipies. Edere librum non eſt componere. ſed in lucem dare ⁊ alijs publicare. Edere ſtragem ſignificat multos occidere.

hoꝛrendi
Virgil. Seraqꝫ terrifici cecinerunt omnia vates
aduentum eſſe nobilem ⁊ clarum
Aduentare virum populis terriſqꝫ ſuperbum
genere diuino obtineat mundum potentia
Semine ab ethereo qui uiribus occupet orbem
mari
Imperet oceano: famam qui terminet aſtris

❡ Saluatoꝛem noſtrũ ex virgine naſciturũ ꝓphete p̄dixerunt. Item vates a vi mentis appellati ſunt: vt Uarro inquit. vel a viĕdis carminibꝫ. id eſt flectendis ⁊ modulandis. ⁊ ꝑinde latine vates olim ⁊ ſcripta eoꝛum vaticinia dicebantꝛ ꝙ vi quadam ⁊ quaſi veſania in ſcribendo cõmouerentur. Item Oceanum greci ⁊ latini ideo nominant ꝙ in circuli modo ambiat oꝛbem. ſiue a celeritate. eo ꝙ ocyus currat. Iſte eſt qui oꝛbem terrarũ amplectitur alterniqꝫ eſtibꝫ accedit atqꝫ recedit ꝗ a ꝓximis regionibꝫ diuerſa vocabula aſſumpſit. vt gallicꝰ. germanicꝰ. hircanus athlanticus ⁊c̄.

Virgil. Irrita perpetua ſoluet formidine terras
deus erit ⁊ dominus omniũ ſanctoꝛum
Ille deum uitam capiet dominabitur illis
in pace diuinis
Pacatumqꝫ reget patriis uirtutibus orbem
diabolus ligatus ⁊ venenoſa fraus eius ſublata eſt.
Occidet & ſerpens & fallax herba veneni

❡ Iſte ſaluatoꝛ nobis a deo patre miſſus reget mundum virtutibꝫ diuinis abſqꝫ omni foꝛmidine: cum diabolum in fraudibꝫ eius apud inferos relegauit. pax enĩ per eum data eſt omnibus hominibꝫ bene voluntatis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 184 [14,-475 4°]

Extant ⁊ quarũdam herbarũ nomina q̃ ex aliqua cauſa reſonant habẽtes
nominũ explanationẽ. non tamen omniũ herbarum ethimologiam inue-
nies. Nam pro locis mutantur etiam nomina. Terra vt teſtatur Higini
us. mundi media regione collocata omnibus partibus equali diſſidẽs in
teruallo centrum obtinet.

¶ Concluſio operis.

Hora.

Viue vale. ſi quid nouiſti rectius iſtis
Candidus imparti. ſi non. his vtere mecum

¶ O lector ſi tu nouiſti rectius ⁊ veri⁹ iſtis collectis imparti ⁊ redde me
participem. Sin autẽ nihil nouiſti rectius vtere his de ſingulis virtutibꝫ
huic faſciculo inſertis. in eiſq̃ viue vt valeas: harumq̃ merita recipias.
Item candidus bonus ſine inuidia. Nam inuidus non candidus: ſed li-
uidus eſt. Item imꝑtio idem eſt qđ impendo vel in partem do. Vñ Tul
lius. Huic rei aliquid temporis impartias. i. impendas. Reperit̃ etiam
aliquando mutata cõſtructione. vt apud Terentiũ. Plurima ſalute ꝑme-
nonem ſuum imꝑtit gnato. quaſi plurimã ſalutem permenoni ſuo impar
tit gnato. quomodo dicit̃ dono tibi hunc equũ vel dono te hoc equo. Ei⁹
paſſiuũ eſt impartior. vt Meo college laus impartitur. hec Cicero

¶ Clariſſimi magiſtri Henrici Boort Buſcoducẽſis gym
naſij moderatoris diligentiſſimi Faſciculus morum ſumma
lucubratione ex approbatis poetarũ auctoritatibꝫ collect⁹ fe-
lici ſidere finem capit. Excuſum Colonie in edibꝫ Magiſtri
Cornelij de Zyryckzee e regione edis Predicatoꝝ: expenſis
Joannis Meyer Bibliopole. Anno virginei part⁹ Seſqui
milleſimo decimoſeptimo. tertio No. Aprilis.

Ave maria gra[illegible]

[illegible]pig dacorum diebus ultima feste

[illegible] et ubi sed ubi gratia nomen [illegible] clave

[illegible] in [illegible] patrem [illegible] militer [illegible]

[illegible] et quibus in [illegible] [illegible] Hectos

[illegible] ne vero [illegible] nomen [illegible] serve

[illegible] vocare [illegible] et [illegible]

[illegible] bellos [illegible] pocos

[illegible] preciosos [illegible] iustitia [illegible]

[illegible] / nec [illegible] carmina [illegible]

[illegible]

[illegible]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 184 [14,-475 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 184 [14,-475 4°]